



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1729. usque ad annum 1731

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1785**

**VD18 13322648**

§. 24. Motus contra Lectiones de S. Gregorio VII. Papa exitati.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67677](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67677)

octava Decembris præter alium magnæ Sæc. XVIII.  
Crucis Equitem adhuc alii novem Com- A.C. 1729.  
mendatores adjungebantur.

## §. XXIV.

*Motus contra Lectiones de S. Gregorio VII. Papa concitati.*

Jam anno Christi millesimo quingen-  
tesimo octogesimo quarto Grego-  
rius XIII. in Martyrologio Romano a  
se emendato memoriam fieri jussérat  
S. Gregorii VII. Pontificis cum hoc e-  
logio: *Salerni Depositio Beati Gregorii Papæ*  
*septimi, Ecclesiasticæ libertatis Propugna-*  
*toris, ac defensoris acerrimi.* Non de-  
erant, qui honorifica hac mentione stu-  
diose Henrici IV. Imperatoris exaucto-  
rationem in memoriam ideo revocari  
criminabantur, ut eo facilius Henri-  
cus IV. Navarræ Rex a Franciæ folio  
arceri posset. Horum tamen cavillatio-  
adeo tum flocci habebatur, ut ipse e-  
tiam Paulus V. Pontifex anno nono  
sæculi decimi septimi primum indulge-  
ret, ut ejus festum publico cultu ce-  
lebraretur, ac de eo Officium cum pro-  
priis Lectionibus & oratione a Salerni-  
tano Clero, id præcipiente Joanne Bel-  
trano de Guevra Archiepiscopo Sa-  
lernitano, recitaretur, ipsis etiam Flo-  
rentinis ac Senensibus pari cultu hunc

G 4

S. Pon-

Sæc. XVIII. S. Pontificem venerantibus. Postea  
A. C. 1729. Alexander VII. idem officium in

omnibus Romanæ Urbis Basilicis, &  
Clemens XI. Annis 1704. & 1705. ad  
Gabrielii Cardinalis preces a Cister-  
ciensibus, necnon Anno 1710. a Bene-  
dictinis recitari voluit. Tandem vero  
Benedictus XIII. hoc ipsum Officium ad  
omnes utriusque sexus Clericos tam  
fæculares, quam regulares extendit:  
Eo fine Tedeschio, qui tum S. Congre-  
gationi Rituum a secretis erat, in man-  
datis dedit, ut decretum conficeret,  
vi cuius hoc officium Romano Brevia-  
rio infereretur, omnesque Clerici in uni-  
versa Ecclesia Officium, scilicet ora-  
tionem & proprias tres lectiones se-  
cundi, ut vocant, *Nocturni* recitare  
tenerentur. Edito hoc decreto in va-  
riis Provinciis juxta Romani exempla-  
ris normam quatuor paginis impressum  
divulgabatur hoc Officium, in cuius  
secunda lectione hæc legebantur verba:  
*contra Henrici Imperatoris impios conatus*

*fortis per omnia Athleta impavidus per-*  
*mansit, seque pro muro Domui Israel po-*  
*nere non timuit, ac eundem Henricum in*  
*profundum malorum prolapsum, fidelium*  
*communione Regnoque privavit, atque sub-*  
*ditos populos fide ei data liberavit. Quæ*

xan\*

xandro VII. Romanæ Urbis Basilicæ Sæc. XVIII.  
utebantur, non erant contenta. A. C. 1729.

Vix hoc folium Galici Regni fines attigerat, cum illico quædam Franciæ Parlamenta se se ei opponerent, ac Regiam auctoritatem, Regni jura & Ecclesiæ Gallicanæ libertates lædi vociferarentur. Præcesserat ceteris Parisiense, quod paulopost Metense & Burdegalense & Britanicum sequabantur. Verum intempestivos horum ausus Cardinalis Fleuryus primus Regis Administer suppressit, dum hanc temeritatem eis acriter exprobrans, inhiberet, ne hac in re quicquam inconsulto Rege, attentaretur: Insuper supremus Regni Cancellarius ad omnes Parlamentorum Præsides rescripsit, vetuitque, ne ipsorum Procuratores sub obtentu conservandæ libertatis Gallicanæ contra Gregorii VII. Officium reclamarent, quin prius Regis consensum obtinuissent.

### §. XXV.

#### Quorundam Franciæ Præfulum op- positio contra præfatum Officium.

Hoc interdicto parumper refrænabatur Parlamentorum audacia, quæ tamen novis viribus aucta est, dum

G 5              appro-